



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 5. Malè judicati ob domos meretricias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

Matth. 5. esse prudentes apud vosmetipsos: Nulli malum  
 44. pro malo reddentes: immò, vt Christus nos  
 iussit diligere inimicos, & benefacere his,  
 qui oderunt; ita & Paulus de se ipso scripsit  
 1. Cor. 4. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem  
 12. patimur, & sustinemus: blasphemamur, & ob-  
 1. Petr. 2. scramur. Et hoc ipsum didicit à Christo, qui  
 33. cum malediceretur, non maledicebat; cum pate-  
 retur, non comminabatur. Vt autem maledicta  
 maledictis non sunt reponenda, ita neque  
 iudicijs temerarijs iudicia temeraria sunt à  
 nobis compensanda, quia vt S. Iacobus dicit  
 Iac. 4. 11. Qui iudicat fratrem, iudicat legē. Legis enim  
 sibi partes vsurpat, secundum quam debet  
 iudicari. Et addit: Si autem iudicas legem, non  
 es factor legis, sed iudex: cum tamen lex De-  
 nobis data sit, vt eam faciamus, non vt  
 quoslibet secundum eam iudicemus. Itaque  
 non iubet Dominus, vt malum pro malo red-  
 damus; sed ne vlli malum inferamus, præ-  
 dicit & minatur, malum nobis vicissim pro  
 malo illatum iri, si iudicijs suffragijsq; no-  
 stris Panidem imitemur, & malum bonum  
 bonum malum esse censeamus.

§. V.

*Malè iudicati, ob domos meretricias.*S. Vitalius admirandi zeli diuini monachu  
 aliquan-Ex vitis  
 SS. PP.  
 part. 1.

aliquando de prostibulo, in quo pudicitia  
 vxnalis habebatur, egredi conspectus est.  
 Transibat tunc fortè & alter equè in iudicia,  
 atque in æmulationem libidinis præcepit.  
 Nam temerè iudicabat, monachum in ta-  
 bernam meritoriam nō alia de caussa intra-  
 uisse, quàm vt, sicut ipse faciebat, sectaretur  
 voluptatem, libidinemque suam expleret.  
 Itaque impetu quodam animi colaphum illi  
 incussit, cum hoc epiphonemate: *Vsquequo,  
 pessime illusor Christi, non emendas te ab his ne-  
 quitijs tuis? Vix hæc dixerat, cum adfuit Sty-  
 gius Alastor, immò in eo diuina Nemesis siue  
 Adrastia, quamquam deformi & Æthiopico  
 vultu, atque ei vicissim manu excussissima  
 alapam pro alapa impegit; adeò vt in terrā  
 prolaberetur. Adibat autem Vitalis prosti-  
 bula, & infamia meretricum Iustra, vt mi-  
 ferrima Veneris mancipia à turpi corporis  
 questu auocaret; oblataq; pecunia vel vnus  
 noctis continentiam pacisceretur. Quali  
 mente etiam S. P. Noster Ignatius, Romæ,  
 instituit in æde D. Marthæ Cœnobium, in  
 quod muliercælas à turpi questu abductas ipse  
 met saepenumero, ne perirent, vel in matrone ali-  
 cuius honeste domum, instituendas ad virtutis  
 studium, id atatis vir, & Generalis Præpositus*

Petr. Ri-  
 bad. lib. 3a  
 vitæ S.  
 Ignatij  
 c. 9.

deducebat. Quo in genere, Leonora Osoria (ea Ioannis Vega Cesarei apud Pontificē Legati erat uxor) pietas, atq; benignitas in primis enituit. Cū autem Ignatio obiceretur, in curandis huiusmodi mulierculis male operam poni, quippe qua in vitijs jam occalluissent, facileq; reverterentur ad vomitum: Minimè sanè, inquit Ignatius: sed si omnibus mea vita curis atque laboribus id possim efficere, ut vel unam non Etem peccato vacuam praterire istarum aliqua velit: omnes ego quidem nervos contendam, ut vel illo tam exiguo tempore Deus ac Dominus noster non offendatur: etiamsi sciam illam statim in ingenium redituram.

## §. VI.

*Temerarij Iudicij cohibendi miranda in Vitalio  
& Eleemosynario exempla.*

Contemnebat itaque hominum de se iudicia Ignatius, dummodo vel unum lethiferum peccatum posset impedire. Quod etiam fecit Vitalius. Quamquam in hoc Deus peculiariter voluit ostendere, eos, qui iudicari in diuino tribunali non vellent, nequaquam debere alios iudicare, etiam in rebus, quæ magnam mali apparentiam præ se ferunt. Quo iudicij fræno etiam S. Ioannis Eleemosynarij Sanctitas eluxit, per  
Vitalium